

Aristo- tel.

fertur, ut refert Taubmann. d. A serois admissa Iovem totam; à feminis dimidiam mentem. Misera est, ut dixi alibi ex Catone, sine illis nec posse vivere, nec cum illis. De muliere nascitur homo: transcamus ad Didascalias, ut cognoscantur qui ex Deo nati sunt.

ADINATON EXEGETICUM.

Epilog. excurs.

- 1. Homo natus de muliere. Quis non? Quiqui ex Deo feliciter nati sunt. Non sit sermo de necessitate, sed de electione; quia in esse morali iuxta affectus sunt natura. In novam originem vocati sunt perfectione religiosi: modo imperfecti, dicantur filij mulieris, qui iure debent esse filij religionis.
- 2. Homo natus de muliere. Lividus sanè non homo, quippe natus in inferno.
- 3. Homo natus de muliere; ut rationalitas constet ex observantia legis, atque sequela rationis: igitur cuius vita continuata flagitio, natus ex diabolo. Homo natus de muliere. Elucet cunctarum hominis calamitatum origo; & quibus perspicuus cognoscitur, quid sit homo.
- 5. Homo natus de muliere. Exponitur natura, ut demonstretur gratia: igitur huius celestis generatione, homo qui

- natus; quasi natus non esset de muliere.
- 6. Homo natus de muliere. Dum designatur necessarium suppositum; in partu prenotatur aliquod novum prodigium, cum novum natura nullo modo sit opus, quod homo ex muliere natus; diciturque meditanter, Homo natus de muliere; quoniam futurus in mundo, qui nasceretur ex virgine.
- 7. Homo natus de muliere, repletur & multis à conceptione miseris: Virgo sanè singularis vel à primo momento conceptionis: igitur in miseris humana conditionis non concepta, licet ex muliere nato.
- 8. Homo natus filius de muliere. Minime vox plebsana, erga protectionem hominis à matre-Virgine: etenim meditanter dicitur, Filius natus de muliere; quia à Virgine homo cognoscitur filius, licet ex illa non natus.

DIDASCALIA PRIMA.

Multi ad perfectionem in religione vocari, caterum pauci in religione perfecti.

Vita Deo dicati, à perfectione.

HAUD alia, quantum augeatur, causa, quam quia sui & ipsi, qui debent negare se. In esse morali, iuxta affectus sunt natura: etenim cum tunc sint, si ipsi non sunt, quod naturæ constituentis perfectæ oblivione fit; constat cuius sint, vel non sint entitatis, per ipsam entitatem perfectionis: non sunt enim in re, modo perfecti non sunt; quippequam totum illorum esse non sumendum à natura, sed tantum à perfectione. Hæc forma nobiscum minime nata, sed quaerenda; ut in nobis ipsis Deo nascamur, alijs à natura moribus, qui nobis nati miseriarum de mulieribus. Quod natum est ex carne, caro est: & quod natum est ex spiritu, spiritus est. Ioann. 3. 6. Non enim qui spiritu ducti, nascuntur ex perfectione; si nati tunc cognoscuntur ex carne: quandoquidem si vocatio statum indicat, & professio perfectionem ex vocatione demonstrat; ex spiritu non ex

carne est constitutio, in illis qui ex carne ad spiritum vocatio: siquidem non ex perfectione status sunt insignes; sed dumtaxat eminentes per statum perfectionis. Tunc enim Sion dicit: Homo & homo natus. Est alter ipse, quippe ipse alter. Homo sibi ex carne: alter homo quia non sibi. Homo ipse ex muliere fit: alter, quippe alius à se, electione sublimi, licet factus ex carne: igitur gratia Dei singulariter constat; ubi dicit spiritus, quantus homo ex carne factus.

2. Innuat Stoicus. Ipsis me Dijs redam; sed gravi terreneque detineor. In alium naturæ sumimus partum. Alia origo nos expectat, alius rerum status: nondum celum. Ita Epist. 102. Quia necdum celum, servamur in alium partum, ut ex homine fiat homo, & in carne non sit caro: etenim si terrenis detineamur, victis terrenis, alterius sumus originis: & homo ex homine parta perfectione fit, quippe

Psal. 36.

5.

Senec.

Magnus quia non sui.

Idem.

Quicquid in nobis

Mortale fuerat, ignis iniectus tulit:

Idem in Hercol. OEtad. v. 1963. Ignem Salyator venit mittere in terram: cor ut absumeretur quod mortale, avidè concepit flammam: & aliam eiusdem homo spectavit originem, quia sese invenit interiori hominem. Formavit Deus hominem, & factus est homo. E limo terræ fecit, pòst vitæ spiraculum tribuit. En spiritus & caro. En homo & homo. Aliam habuit originem ex origine, qui iam habebat ex limo terræ: & homo ex homine constituitur, dum spiritu supposita formatione formatur & informatur; quoniam ad hominis veram vitam & formam, caro constitutionis non prodest quicquam.

3. Ruptis vinculis terrenis; ut renovemur spiritus, vocati sumus in formam Religionis. Ita filij Dei, qui ex muliere nati sunt. Non sufficit ingressus sine perfectione spiritus; quippe per bona opera certam vocationem facimus. Quia nati ex muliere, admittitur in perfectionem vocatio, & dimittitur in vocatione perfectio. Revertitur in quod relinquimus, amplectimur quod fugimus. Quid ergo erit nobis? In hominibus fructus terremus carnis, nova explosa filiatione, ex spiritu in perfectionem vocatione illuminante: equidem degeneres patent filij mulieris, qui vocatione debebant esse filij religionis. Homo natus de muliere: dicit nostra Tautologia. Quis non? Quiqui ex Deo feliciter nati sunt. Nascuntur ex Deo, qui permanent in vocatione, qua vocati: qui nunquam in eodem statu permanent, nascuntur ex muliere: non sunt homines ex hominibus, sed tantum homines: igitur ad statum perfectionis religione vocati, resistent non permanent in vocatione perfecti.

Monachus perfectus est religionis filius.

Iob. 14.

1.

Euripid.

Alia post alia & diversa, Et bona & mala, & longo tempore.

Ut ait Euripides in Oreste, v. 978. Lunatici sunt: sæpe cadunt in ignem, & crebro in aquam, iurant in stultitiam: igitur stultus sicut Luna mutatur, dum ex lucis plenitudine in vacuitatem avertitur.

S. Bened.

4. Quis vos fascinavit insensati? Dicit spiritus SS. Benedicti. Sunt in Religionis claustris, & simul extra religionem, servantes seculo fidem. Ita Regul. Sancti. cap. 1. Quia sæculi cognoverunt fidem Tom. VII. Taut.

fluxam, eius fugacem sprevere gloriam: Fides falsa est simulata perfidia, qua cor magis illecebris allicitur, dum fides frangitur: igitur promittit navigendus felicitatem, & felicitatis velo subministrat vastum sellem. Rideret, ut capteret, & captos irrideret. Hac fide coniugar sibi decipulis voluptatum, quos pellicit illarum coloribus in infernum. Infatuat, ne respiciant; amatores sæculi dicti, eò quod vel doloribus nolunt stultitiæ poenitere: & cum suos uti dedititios habeat, non ut pridem mulcet, sed cruciaminibus vexat; quibus Deus sæpe cæcos in meliorem frugem vocat. Assentiuntur, quippequam circumventionem cognoscunt: & abnegantes impietatem & sæcularia desideria, pancti perfidia, vocati ingrediuntur in claustra; ut pellundato mundo, sobrie & iuste & pie possint vivere in hoc sæculo. Studium est virtutis, & virtutibus usque ad culmina virtutis, dum perseverat seculari fallacis memoria, atque vocationis in meditatam perfectionem flamma. Friget tempore, inutili delectat conversatione: iam mundus non ita ingratus, qui nonnumquam molestissimus. Odio amat, quoniam aversum delectat, contemplat delectabili specie, nequaquam solita fraude. Anceps patet animus, in immedicabile vulnus.

Odi, nec possum cupiens non esse, quod odi: Nam desunt vires ad me mihi, insque regendam.

Fides ad speciem rescissa, revalescit: iterum dolo cognito subseribit: & admittant degeneres insidiantis aperte supplantationem; quoniam in perfectionis statu servarunt seculo fidem. Qui huiusmodi memoriam secum tollit, dum ingreditur, recedit: igitur nocent in via virtutis, relicto sæculo, reliquit cogitatione. Ut agant festa, persistere debet dumtaxat vocationis memoria. Hæc format in veris Monachis imaginem venerandæ virtutis, sine sæculi fide, nec illius ulla cogitatione: igitur si fides abiecta corda Monachorum pungit imaginem ipsorum ad nihilum redigit.

5. Utinam permansissent in seculo, servirentque aperte mundo! At in sepius sunt scandalo. Pende verba Benedicti. In plumbi natura molliti, adibus operibus servantes seculo fidem, mentiri Deo per tonsuram noscuntur. In plumbi natura, ad quaslibet imagines apta, sicut illorum corda; modo malum averfa, & modo in malum conversa, duplicem habentia aspectum secundum commodum: nihil mirum, si

Fides servata seculo destruit virtutis in claustra.

Ovid. 1. Amor. Eleg. 4. à v. 5.

S. Bened.

si cognitã mundi vanitate, ac religionis virtute, sit conversio in mala ex bonis, dum vir duplex animo inconflans sit in omnibus vijs suis. *Abhuc operibus servantes saculo fidem.* An vocatio vera, vel falsa; dicunt opera: & cognoscuntur mentiri, ubi videntur habitu studere perfectioni; quippe studium religionis per conturam ad speciem; & non inaurarent impudentissimè fraudem, si in sæculo seculares terrentur saculo fidem. In ipso monasterio extrahitur animus, quo evanescit spiritus; mentis flammã expolitã vocationis, ex apparenti dilectione virtutis: quandoquidem nullam in tuto paterentur ruinam; ni servassent in pectore, quod ad speciem abicerent.

Psal. 80. 16.

6 *Inimici Domini mentiti sunt ei, & erit tempus eorum in saculo:* Psaltes Regius proclamat. Genebrard. *Gentiles.* Maluend. *Animo fucato supplices.* Verum dabitandum, an Domini inimici facti per fucum atque mendaciam; an facti in promissis mendaces, quoniam hostes: Utrumque. Loquitur de conversis à Gentilitate in religionem, monstrantes animum simplicem & supplicem: dicunturque Deo mentiri in ipsamet conversione; quoniam diverfum propositum; religionis experimentum ob virtutem desiderium: siquidem animifucati veritas, non erat vocatio, sed vocationis utilitas. *A condita urbe gladius est ibi* (inquit de Malsilienfibus. Valer. Maxim. lib. 2. cap. 6. n. 7.) *quo noxii iugulantur.* Omnibus autem qui per aliquam religionis simulationem alimenta inertia querunt, clausas portas habent, & mendacem & fucosam superstitionem submovendam esse existimant.

Verè vocati in claustris qui non ad modum.

Prudentè iunguntur gladius, & fucata propter commodum virtus: etenim cum simulatio virtutis sit dedecus religionis; iugulandi in ipso introitu, qui in religionem veniunt, sine religionis animo: quandoquidem vocationem mentientes, accedunt supplices; & dato tempore fiunt caute religionis hostes. *Mentiti sunt.* Non veniunt in Dei servitium, ut servant; sed ut comedant. *Mentiti sunt.* Defecerunt à promissis sanctis, quia claudicaverunt in semitis suis: & cunctis ostenderunt vocationis conditionem, in ipsa religione servantes saculo fidem. *Mentiti sunt,* dicentes abiecta idola, dum servabant in pectore simulacra: equidem legibus religionis exleges, viventes intra claustra tantquam gentiles. Opera illorum sequuntur illos, per quæ cognoscitur in vocatione

pectus. Tonsura indicium est perfectionis status: & cum corruptela vigeat adversus vocationis propositum; mentiri Deo per tonsuram noscitur: igitur vel in ipsa conversione servantes saculo fidem, in tonsura demonstrant specie tantum religionis speciem.

7 *Inimici Domini mentiti sunt ei.* Inimici Numinis pridè dicuntur, quam mentiantur. Nullo modo. Haud dicitur *mentiti & inimici* facti. Antequam ingrederentur Monasterium, inimici. Titulo vocationis deauratum embolium fraudis. Accesserunt supplices, qui futuri hostes; & facti sunt inimici, quoniam ingressi, qui in ingressu iugulandi. *Omnia hominum negotia* (inquit Seneca de Tranquill. cap. 15.) *similia initijs esse, nec vitam illorum magis sanctam aut seceram esse, quam conceptus inchoatos.* In conversione facta, precibus speciosa, inimici Domini mentiti sunt ei, & subinde paterunt corruptelis inimici: qualis ergo in religione perfectio; ubi fictitia vocatio? Iuxta initia sunt negotia: cuncta similia: saculo profecto nonnumquam servabit fidem, qui in religionem vocatus, non quæsitivè religionem. Dicit Thom. Campanella, de *Monarch. Hispanie.* cap. 15. *Hoc pacto tot inutiles Religiosi; quandoquidem non religione, sed necessitate compulsi, hoc genus vita elegerunt, scandaloque alijs sunt.* Cum fide in saculum perfidum, eius habent libertatem, percipide ambientes Monachatus honorem. Unde eum secularia desideria militent adversus animam, Monachi fiunt in Monachorum ruinam.

Senec.

Sine animo religionis, qui Monachi, &culares.

Campancl.

8 Paterfamilias in fructus plantavit vineam, sepe circumdedit ei; ut intra claustra, nil extrã: quæ quidem ad hostium impugnationem munita, ab illo agricolis est locata. Ita apud Matth. 21. 33. apud Evangelicum Vatem: *Sepovit eam, & lapides elegit ex illa.* Cur non ad illam, sed ex illa lapides paterfamilias elegit, dum præstantius ædificiam ex electione lapidum: Ædificiam nequaquam spectabile, sine regula, amussi, & lapidum electione, quippe tunc minime fabrica, sed tantum rudera & rudera, præut lapides sine ordine cadunt in molinam, quin ædificent vel ædificentur extra ordinem. *Venerunt structores tui destruentes te.* Infelicitas prorsum, ubi ruina ex fabrica: dicunturque structores destructores, ubi sine electione collocant lapides; quoniam sine arte, sine lege, sine ordine, sine amussi ad ædificij per-

Idem 7. 2

Quando ædificatio structura de structio?

Ibid. 6. 49. 17.

permanentem formam, assumpti lapides ædificantur in ruinam. Ædificium ergo labitur, dum erigitur: zelus imprudens taxatur: ordo ædificij non ex lege, sed à voluntatis ordine, facta ædificatione ruinã, ex ædificatoris turbulencia: igitur tantã fusticia, dum procedit sine ordine; quod cuncta destruat, & sibi videatur ædificare. *Zelus absque scientia* (inquit Bernard. de *Vita & morib. Cleric.* cap. 12.) *dum prodesse festinat, invenitur obesse.* Destruit ædificandò, quippe in ædificationem nullus ordo, neque lapidum electio. Quidni iacet, quod ædificat? Sine electione, qui iacere debent, lapides elevat: destruitque ædificatione; quoniam molimine alsumit, quos habebat reprobare. In opere proprio, ut ait Plautus, in *Milit. Act. 3. scen. 3. v. 4.*

Bernard. Zelus imprudens nocet.

Maluend.

Augustin.

Vera vocatio non nabi est sit virtute.

Stultitia & insipientia insulsa & maxima, Ire in opus alienum.

9 Ergo in rem. *Sepovit eam, & lapides elegit ex illa.* Hæc lapidum electio? nequaquam electio, sed reprobatio. *Lapides abstulit, removit,* extraxit: dicunt sanctus & Maluend. *Vinea hæc domus sancta est: ibid. v. 7.* Cur igitur si in domus suæ ædificationem Dominus lapides advexit, tractos studio removit? Superfuerunt, nec placent in domo sua, quæ penitus supervacua. *Quod factum corporaliter vidimus in parietibus* (ait August. *Sermon. 256. de Tempor.) spiritualiter fit in mentibus: superfluaque taxa, quæ à Domino adducta removeitur, dum illis nihil ædificatur; quoniam minime in momentum perfecta ædificationis, ubi in domo Dei vigerint superfluitates. Adducta quidem in ædificium taxa, sed in ædificium non electa: unde meritò à domo remota; etenim ab illa debet penitus removeri, quicquid non servit ædificationi. Clarius questione dicamus. Cur ergo adducuntur, si removeantur? Patet quid interite inter vocationem ad virtutem, atque virtutis amorem. Multi sunt vocati, pauci electi. Adducti lapides vivi in ædificium vocatione sancta: non respondent vocationi: & removeantur, quantumvis sanctè adducantur; siquidem ab ædificio removendi adducti lapides, qui ædificationi adducti, nullius ædificationis. Dialecto nostrã vividius: *Alli traidos, les arroja de alli; porque no sirven de edificación.**

fat non est. Vocantur in perfectionem status, & vivunt sine status perfectione. Ubi tantum vocatio, superfluum in ædificio. Semper despiciuntur, qui superfluit: & in ædificium qui vocati, removeantur quoniam ædificare non possunt, qui numquam ædificantur. Removeantur. Maneant ibi: qui non ædificant, iaceant. Nullo modo. Perficienda à reliquis ædificatis lapidibus separatio. *Torum removeendum, ne sit scandalum: & adducta vocatione in domus ædificationem taxa, vigili studio removeantur ab illa; quippequàm lapides iacentes non electi in ædificium perfectum, ingredientibus, & habitantibus domum, deserunt in offensivum. Iuxta flammam vocationis, eligi adducti debent in cacamina virtutis; verum iacent lapides sunt, non moveantur: studioque repelluntur & expelluntur; ne nocent alijs in studio adamatæ perfectionis: etenim qui domi nec virtute, nec charitate iacentes ædificantur; sunt offensivum & obices ingredientium. Dispergantur. Mauius malum. *Dispersi sunt lapides Sanctuarij in capite omnium platearum.* Sanctuarium nobis Monasterium est. Qui in claustra vocati, & in claustris non perfecti; neque Monachi, semper inter seculares dispersi, & sine ædificatione: igitur sine ulla specie, imò sine specimine virtutum; sunt vel in plateis offensivum etiam secularium. Dicit Cipriatensis, lib. 2. *Apum, cap. 11. §. 1. Qui in hoc articulo Religiosi? Horrenda mala, horrenda scandala, horrenda pericula.* Qui semel reatum iter amiserit; quò magis ambulat, magis errat. Vel soli, à se separati, inter seculares experiuntur dispersionem; quippe dispergentur omnes qui operantur iniquitatem. *Dispersi sunt, nec compuncti,* irrevocabili ædificatione: siquidem corruptela morum semel admissa, erit tempus eorum in secula. In huiusmodi ædificio, placentur servis tuis lapides eius: Numini dicit David. Si non eris, tantum lapides. Tantum taxa, verum in ipsa vocatione mortua; quippe illa memores mandatorum ipsius; sed non ad faciendum ea. Iacent ut iaceant, quin elevati queant: igitur istibus & istibus, ut surgat animus, necessarius totus Deus. Vide num. 15.*

Non ædificat, qui non adificatur.

Est per seculum offensivum.

Thren. 4. 1.

Etiã secularibus scandalum.

Psal. 101. 15.

10 Uterius. Vocatione utique in domum adducti sunt; sed in ædificium

11. Vir insipiens non cognosceret, & stultus non intelliget hæc: igitur quod perfectis angor, illis splendor, sed in summam obscuritatem, quippe in ipsa vocatione oblii sunt vocationem. Quæ in

Monasterio ut seculares, aveant, & habeant, ut summa in impunitate cupiant; diximus, *Tom. 1. T. 1. Didasc. 9. à n. 11. & Tom. 2. V. 2. D. 1. à n. 5. Vitis illorum, quasi felicitatis argumenta desebant*; quibus simplices in ædificium deputatos seducant. Multarum rerum oblivionem sentiunt, verum plurimum imitantur; ut illos alij imitentur, cadantque è culmine perfectionis, dum vident & flagitiosos felices, & simul faulè florere nocentes. Pacem odientes habent pacem, sine gravamine, crimens; in labore hominum non sunt, humilitas factus est, lex prolium; prodit quasi ex adipe iniquitas eorum; quæ illorum mendacia, summa veritas; virtus laudabilis, pravitas; recitudo, affectuum curvitas; alta prudentia, malitia; dexteritas, fraudulentia: dolus uti fides plausus, gaudet animus malignus, proferens quod primum in buccam venerit, & in cælam obloquuntur ut illud occurrerit. Ita sunt. *Ideo convertetur populus meus hic.* Hic populus meus sequitur religionem: illi propendunt in iniquitatem. Populus sanctus in perfectionis formam: illi in status corruptelam. Ille in regulæ examen, illi dumtaxat in relaxationem, & ob ista felices; desponsata fortuna, ex quo debebant cruciamina: unde hinc removendi malignantes, ne populus sanctus hic illorum convertatur in mores: equidem facilis conversio cordis infatuati in pravum, dum aridet in amplexum felicitate pravorum. Sunt enim iuxta proprias concupiscentias in deceptionem illores, audaces, sibi placentes, mercedem iniustitiæ voluptatem exultimantes, delicijs affluentes, pellicentes animas instabiles, viam rectam derelinquentes, in errore conversantes, libertatem promittentes, cum sint servi corruptionis. Totum ex Petro, 3. *Epist. 2.* Cor eorum vanum est: *Ideo convertetur populus meus hic*: quandoquidem si non recedit, & speciem extrinsecam tantum videt; in dolos illecebrarum incaute cadet: magnum enim in præcipitium versionis exemplum, in habitu sancto felicitas peccatorum.

12. Textum claudamus, Paterfamilias plantavit vineam, *Septoit eam, & lapides elegit ex illa.* Cur si septa, saxa inutilia remota? An quia inutilia? Exprimi quid agendum, dum ingruit pravitas lapidum, ad adificationem ineptorum, quantumvis adductorum in Regis templum: iungitque claustrorum firmitatem, & lapidum remotionem; quippe tunc

firma ad perfectionem custodia sancta murorum, ubi improbi ne sint obices, longe à vinea removeantur. *Non enim capis, sed permanisse virtutis est*: inquit Hieronymus, *Epist. 132.* Perseverantia est virtutis, si perisistit flamma, quæ principium vocationis. Unde languet in vocationem, vocationis perfectio; quia non est flamma, sicut erat in principio: animo revertente unde in perfectionem venerat; quippe quam obliata vocatio præcipitem non declinat. Astu dæmonis videtur revocabilis, sæpe spiritus vadens, & non rediens. Dum gratiæ Dei iterum desideratur, quam difficillè captu ex laboribus cognoscitur.

13. Columna luminosa data Israel, dum exivit è servitute Aegyptiaca; ut tuto sine errore per avia & devia perveniret in optata. *Dominus præcedebat eos ad ostendendam viam per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis; ut dux esset itineris utroque tempore.* Dum iter nostrum ad terram promissam vivendum, per institutum Monasticum; exprimitur per columnam & eius pro tempore varietatem, nostram ad Monasterium vocationem. Vocati in perfectionem status debet esse; quæ perfectio minime consistit in vocatione: equidem parum interest in perfectionem vocatio; nisi ad quam vocati, perfectio. Columna luminosa est vita ex vocatione perfecta: igitur si non perfectus qui in perfectionem vocatus, ducetur cæci in errore, quoniam iter sine luce. Si durat flamma, acquiritur terra coelitus promissa: verum si friget, evanescit, spiritu manente sine luce & sine duce, depresso in obscuritatem; quia noluit sequi vocationis perfectionem. Non ducebat vocatos in Aegyptum, sed in desertum. Ardore tamquam luce ducebantur; ardore flammæ sequuntur: columnæque obijcitur claritas & obscuritas; ut nostræ vocationis ostendatur proprietates: quandoquidem si flamma vocationis deducit in status splendorem; oblivio multos adduxit in tenebras & non in lucem. Miseri qui tantum non perfectione, sed vocatione vocati: felices sanè, qui in vocatione perfecti. Pervenient: nam ut accinit Alcinus Avitus *lib. 5. v. 542.*

Iam super Hebræos consistens clara columna, Flamma mirandam reddebat in aère lucem.

14. Sistebat Angelicæ virtute, quò totus Israel positurus erat castra, designans

Hieron

Exod. 13. 21.

Cur columna Israel ubi & ignis

Alcinus Avit.

Senec. Epistol. 92.

Conditio illorum.

Psal. 71. 10. Felicitas pravorum, malum exemplum.

Remotio impij, adificatio perf. et.

Abigebat serpentes

Nulla sculi memoria, perseverante vocationis flammâ.

Numer. 21. 6.

Lucan.

Verf. 8.

Prudent

Quam difficilis venis, ubi vocationis obivis

lucè quo loco ponenda; & simul abigens serpentes ex illis locis, ne nocerent illa mansione festuris. Unde de columna dicitur: *Lucet, & ardet*; uti videbimus, *Tom. 8. Tautolog. 1. n. 31.* Erat dipsas & scorpio, atque serpens flatu adurens. *Deuter. 8. 15.* verum columna flammæ fugabat serpentes; ubi ducebantur spiritu vocationis: siquidem perseverante flammâ in perfectionem vocato; vel inter serpentes vivitur sine peccati veneno. Languit sæculi recordatione, ac cogitatione Aegypti, tædio itineris, ac fastidio perfectionis, sine memoria servitutis, atque natæ libertatis; qua de causa *misit Dominus in populum ignitos serpentes.* Quelibet sæculi cæciam abdicati species, tendenti in terram promissam, scorpio, dipsas & aspis. Tenduntur revocaverunt vitia, quæ venena fugarant columna flammâ, in vindictam cogitationis sæcularis, adversæ perfectioni vocationis.

— *Pro Cesare pugnans Dipsades, & peragunt civilia bella Cærasæ.*

15. Penituit facti, decrevitque uti pius Dominus serpentium expulsionem, ob errantium ex corde, steru expressam penititudinem. *Fac (dicit Moysi) serpentes aneum, pone eum pro signo: qui percussus aspexerit eum, vivet.* Ita factum: vulnèrati valecebant ad signi aspectum. Dedit metuentibus significationem; ut à facie arcus in penitentiam fugerent: etenim docilia corda, dum convertuntur ad signa. *Pone eum pro signo.* Pro cuius signo: Dicit ipse signatus. *Sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto; ita exaltari oportet filium hominis.* Ioann. 3. vers. 14.

Ferviebat via sicca eremi serpentibus abris. Iamque venenati per livida vulnera morsus Carpebant populum: sed prudens are politum Dux cruce suspendit, qui virus temperet, anguem.

Succinit Prudent, in *Enchirid. Carm. 12.* Si primò fugavit columnæ flamma serpentes; ut adventantium denuò, ut expellatur, imago necessaria Salvatoris: Elucet quid contingit è sæculo adventantibus in claustrum, & in illo desiderijs revertentibus in sæculum. E sæculo serpentes sunt: venena fugit sancta vocatione cor; illicque fugantur, dum flammâ vocationis corda accenduntur. Verum si redeunt in peccus vel levi cogitatione; non satis flam-

ma columnæ: equidem si in expulsionem sufficere vocationis fervidus animus; dum redeunt, ut expellantur necessarius totus Deus.

16. *Mirifica misericordias tuas*: dicitur à Davide. Conversio profectò misericordia: conversio post reversionem, misericordia mirifica: igitur cum qui in sæculum derelictum revertuntur, delicijs eius obcæcati tradantur; & vitiorum servituti sine libertate mancipentur; prodigium mirificæ gratiæ est, veneno sæculi perciti, quòd convertantur ad cor. Gratiæ est, si mundus conversione relinquitur: Monachus sæcularis non convertitur. Hinc de illis dicitur: *Melius erat illis, non cognoscere viam iustitiæ; quam post agnitionem, retrorsum converti*: laudanturque mirificæ misericordiæ, dum obijcitur humisimodi ostentum gratiæ; quippe summum, dum sæculi virulenti insertæ cogitationes, quod vel afflicti decidunt à pravis cogitationibus suis. Voluntas Dei per legem exprimitur: conversione sequitur, reversione omittitur: mirificaque dicitur misericordia, ubi ex reversione conceditur novæ conversionis gratia; igitur summum inter prodigia miraculorum, atque gratiæ spectabile portentum, quod in amantibus, eius derelinquentibus leges, Deus mirificare omnes conversione voluntates. In rem Prudent, *advers. Symmach. v. 1120.*

Instabilis placiti sententia flexa novatur Nunc etiam quoties solitis decerpere prædesti, Præteritosque habitus cultu damnare recenti.

DIDASCALIA II.

Potius, vivere cum hostibus, quam cum invidis.

1. **I**NQUIT Hieronymus, *Epist. 27.* Hieron exponitque Davidis exemplum in vexationis effugium: igitur maluit subdi Achis, fugiens in Geth; quam habitare inter aulicos Saul. Hinc dicit: *Prodigium factus sum multis, tu adiutor fortis.* Qui luxit luxit; & qui lucet, luxit. Quis luxit luxit; ferens invidiæ flagellum, quippe factus est prodigium, istudque à Domino factum: qui quidem si adiutor inter hostiles phalanges; in lividos debet esse ad-

Psal. 15. 7.

1. Petri 2. 21.

Gratiæ summâ, conversio reversi in sæculum.

Prudent

Psal. 70. 7. Lividus infidus.

itor fortis : equidem ut compeccatur à malignitate invidus ; necellarius totus Deus. Mortem concilium malignantium adversus Christum decernit ; quia *Hic homo multa signa facit*. Maluit miraculis privari, quam in illo videre ; exprimentes oculum nequam, ut videntes ceci fiant ; equidem eligunt prius obsecratione caliginem, quam claritate mira fulgentem videre Solem. Quid ergo fecit, qui damnatus, eò quod lucet ? *Abiis in regionem iuxta desertum*. Non expellitur, sed fugit. Ne prius passio, quam pateretur recessit : etenim molestissimum gravamen, insidiantis invidia subire crucem. Sane gravissimum, ubi spelæum dulcissimum habitaculum : quandoquidem ita dira ira invidientium, seipsos tabidè atque rabidè secantibus ut eligatur potius, ne galleter horum virus, habitare placidè cum leonibus & serpentibus. Nescio an fugà mutetur stantia, ni placidiora serpentina: Cum scorpionibus habitas : dicitur Ezechiel. Quantum virus lividi ! Christus recedit in pericula de periculis, in virulenta de hominibus venenatis ; quoniam fi utrumque occurrit, commorari leoni & draconum placebit. *Livor solet* (ait Stoicus de *Tranquill.* cap. 15.) non immeritò contristare. & in solitudinem deducere : *abiis boni, bonorum exitus mali sunt*. Necessè est torqueri, & tam iniqua pramiam fortunam persolvere. De forte leporis surgit amari aliquid ; quoniam quisquis spectabilis non est nihil. Succinit Ovidius, 15. *Metamorph.* fab. 2.

Nec satis est, quod tale nefas committitur.
Et placuisse nocet.
2 Substituit animo quod accidit Ludovico de Silva Comiti, regnante Emanuele in Lusitania. Apud inclitum hunc Principem invenit gratiam ob eximiam prudentiam, promptitudinem, expeditionem, ac in rebus summi momenti dexteritatem. Unde dotibus & commendabilibus instrumentis egregius, magni habitas non solum inter aulicos, sed primus, ut primas, etiam inter ministris. Occurrit ergo in Comitibus ruinam, quod ampliorem debebat conciliare gratiam : nimirum, respondere Summo Pontifici, erga Ecclesiæ privilegia licetis nimis urgenti. Cum Comite Emmanuel convenit (quod præfagus ægrè tulit) referendum fieri ab utroque. Ita factum : utrumque ab utroque lectum. Comiti Regis placuit, sed lecto Comitibus proprium summè Regi displicuit : iussit

que miti ad Pontificem, Comitibus referri tenorem ; falsus, esse solidius, & prudentius, verum decolori facie, æstabilioris celsione potentia. Comes cogovit, meridie recessit, quem in accubitu expectabant filij, quos actutum equis stratis, secum in campum iussit egredi : dixitque illis : *Dilecti filij, querite hinc longè, modum vivendi. Consulat unusquisque vite sue : ego mea, quoniam hic iam vivere non possumus ; igitur Rex scit, cognoscitque, illo me plus scire, intellectu præstantiorum : Regesque nolunt regi, sed regere, & sibi suasem præterire superiores subditorum cognitione, sicut præstaut maiestate*. Ita in *Consl. Politic.* Perezij. Non secus Seneca in *Hercul.* Octavo, à v. 700. & *Octavo*. v. 465.

Sed quid pavido territa vultu:
Qua te rursus fortuna rotat:
Quicquid excelsum est, cadat.

3 Gloria nocet, facitque malignitas fovens livorem, quod exequi quibat gravissimum erimen; quoniam nullum maius in huius furoris pondere, quam excellentes dignitatibus, excellere, confectis iaculis, ex dotibus inclutis, expolientibus acumen, si lividi audiant illarum celebrationem : quandoquidem ipsamet gloria, in honorem fulgentis facta sagitta. *Dij boni* exclamat Valer. Maxim. lib. 3. cap. 5. v. 1.) *quas tenebras ex quo fulmine nasci, passis estis!* Quod præstantiores, maiores cadunt de montibus umbra; atque in nigredinem ornant, quia culmina fumant. *Labor & afflictio spiritus; eò quod in multis sapientia, multa sit indignatio : & qui addit scientiam, addit & laborem*. Sane iureque indignatio in expectatà afflictione; quippe summè infelices ex summa felicitate. Accinit Manil. 2. *Astron.* cap. 16. à v. 16.

Omne quidem signum, sub quacumque figura,
Partibus insicitur. Mundi locus imperat
Astrib;

Et dotes noxamque facit.
Mala merx, que bona tendit in mala ; gloriæque in dedecora facta, atque vulnera vera, quibus pectus infelicitate saucium iaculis dotium. Merito, & meritis facto vulnere, & conciliato dolore ; queritur Ovidius, 2. *Trist.* Eleg. unic. v. 1. succinens:
Quid mihi vobiscum est (infelix cura) libellæ
Ingenio perij qui miser ipse meo.

4 Inigni imagine Priscæ demon-

Cristi Lu
dovic, de
Silva.

Senec.

Quali-
bet gloria
in
eius pe-
ctus sa-
gitta.

Val.
Max.

Eccle. 18.

Manl.

Doti-
lus
spectabi-
lis iugu-
latur à
intritis.

Ovid.

strarunt Solem. *Corpus tantum flammæum, pennata vestigia, pallium coccineum : sinistra manu Clypeum coruscantem, dextra ardentem faciem præferbat*. Ita Charrar de *Imagin. Deor.* fol. 64. Apud fax Solis speculum : ceterum quorsum scutum? Clypei tribuerunt utamen, quippe præfereret lucem. Solis in ornatu sicine & pulchra imagine, obijciuntur ornamenta viri dotibus incluti ; & simul doli invidentium cum pharetra sagittarum, ut ille lethaliter vulneretur, & splendor extingatur, equidem parvipendant, quod sint merita : verum si fulgida, in illum iacula & iacula. Sine clypeo cuiusque vanesceret splendor, & splendor inferretur dolor, cuius artifex ingeniosissimè livor, qui præparat sagittas suas in arcu, ut sagittet dotibus eminentem in oculo. Unde cum insignia, spectabilia ornamenta, sequatur ut persequatur invidia ; clypeus datur Soli, ut tunc possit lucere : etenim ni splendor tantus haberet scutum, invisus oculis occideret ante occasum. De Æthiopicis Cestias in *Ægyptiac.* ait : *Quod Solem oderint, & detestentur cum illum exoriri vident*. Idem Herodot. lib. 4. num. 46. de Atlantibus : qui de Thracibus, n. 26. inquit : *In cælum sagittas excutiant*. Huiusmodi fatuitas vel temeritas indicat in lucem præparatas sagittas : & quia odiosus Sol dum lucet (columque nulla sagitta ferit) indicat in imagine, quomodo se gestarum, qui splendescit cum livore : equidem quid Soli è turbine sagittarum, ni haberet clypeum ? Cadunt plerumque, qui emittunt strenuè radios, & quisquis vel ab ineptis indicatur excelsum. Vulnerandus est, cui sedet eminentis lux. Ut vivat, quiescat & fugeat, exornandus est ut Sol ; etenim liber esset à vulneribus, si ad manum forsàn haberetur clypeus. Ab experto Davide dicuntur vulnera & causa : *Funes* (ait) *cecidere mihi in præclaris*. Utique : ni præclara fulgerent, non essent obices. Ovid. 1. de *Remed.* v. 375.

Merita
sunt vul-
neribus
exposita.

Cres. &
Hecodol.

Sol à qui
bus sagit-
tatur?

Val.
Max.

Eccle. 18.

Palm.
15. 6.

Ovid.

Conditio-
nes vivo-
rir.

Virgil.

Vasanos tacitus movet furor,
Intentans animo faces Erinny.

Vividius Bernard. de *Interior. domo*, cap. 23. n. 53. & de *Modo bene vivendi*, cap. 24. n. 94. *Invidia est animi tinea (infit) sensum comedit, pectus urit, mentem afficit, cor quasi pestis depascit, gemina virtutum concremat, bona ardore pestifero devorat*. Socia omnino malignitatis, in libell. de *Curiositate*, dicitur à Plutarcho : *Illegandum est de alienis malis, invidia dolor de bonis*. Utraque nascitur ex affectu immani atque ferino malitia. Haud perfectè cognovit originem : quippe prætermisit dæmonem. *Homo natus de muliere* : dixit nostra Tautologia. Unde ergo si homo? Per invidiam degener à conditione : etenim si homo nascitur de muliere ; lividus sanè non homo, quippe natus ex inferno.

6 *Erubescant impij & deducantur in infernum*. Genebrard. *Reducantur*. Rab. Kimhi : *Revertantur inferno, qui sic livore perciti, instruxerunt, male me apud Principem audire*. Inferno maligni & invidi digni, & obnoxij : verum quomodo possunt reduci, aut reverti : Duce livore. Inclutis gestis, florebat David, delicie, voluptas, decus totius Israël, in plausum vocitantiibus famam : gloria illius reliqui sibi conciliabant gloriam ; & ita eximiam ; ut per dotes queis à Numine ornabatur, venerabile nomen & honor extenderetur. Haud Principi arrisit plausus : etenim cum ab illo tumidè haberetur thronus, & esset animi invidentis amarus, quod subditus esset dignior, & superior dignitate, instrumentis non superior, illiusque cederet in dedecus, quicquid gloriæ habebat subditus, remotis ab altari dignitatis, victimis adorationis, seu potius raptis à meritis ; quas non potuit amulari, cepit malevolus dotibus invidere ; quin illis illi esset pudor, ut coram aulicis fatuè exprimeretur dolor. Eodem morbo laborant aulici, virisque erupit Principe consorte ; vel quia deaurabatur erimen, vel quia livoris ex blandimine levamen, vel quia cadebat meritum cacumen ; ut esset cunctis miserabilis, qui æstimabilis præ cunctis. En embolium, à Stico floridissimè descriptum, in *Hercul.* Octavo. à vers.

Plures fulgor convocat aula
Cupit hic Regi proximus esse,
Clarus claras ire per urbes.
Urit miserum gloria pectus.
Tenet auratum limen Erinny.

Bernard

Qualis
& under

Plutarc.

Iob. 14-
1.
Lividus
dæmon.

Palm
10. 18.
Kimhi.

Quota
mala est
invidiam

Senec.

Joann.
12. 47.
Maligni
tars obep
satis.

Verf.
64.

Ezech. 6.
Et trucul-
lentus.

Senec.

Ovid.

Superior
intelli-
gentia
substitit,
est plau-
sionam
quâ pla-
cet Super-
riori.

Intrant fraudes, cautique doli, Ferrumque latentis, comes invidia.

Ex splendentis ruderibus, erigi conabantur invidi domus; ut suam excusaret indignitatem, demolendo meritum celositudinem. In huiusmodi proposita, quae cogitata? Quae non cogitata? Quae imposturae? Quantae technae, quot infidiae, quot supplantationes, quanta vafricitas? Dij labyrinthus colorum, strophis, paucigijis, argutijs, fucis, sutelis, tricis denigae atque fragulis. Hoc opus eorum (dicit) qui detrahunt mihi apud dominum: & etiam quod simul revertantur in infernum, prevalente atque regnante livore; quippequam exierunt inde: igitur tanta talisque dirae malignitatis cogitatio, dumtaxat rabide quibat egredi ex inferno.

7 Qui furorem crebris persecutionibus passus, alijs indicat invidentium exitus. Certamen est inter invidiosos & invidios, dicitque de illis: Dominabuntur. Nil mirum. Dicam ex Statio, lib. 5. Silv. 1. v. 36. Macte animi: notat ista Deus, qui seclit habenas

Stautis. Orbis, & humanos propior Iove dirigit aetius. De his ergo: Auxilium eorum veterascet in inferno à gloria eorum. Maluend. ex Hebr. Forma, figura eorum de habitaculo suo: Difficile prorsum argumentum. Habent utique lividi habitaculum in mundo: quomodo igitur habitabunt in inferno? An quia non homines, sed bipedes daemones? Ex fructibus eorum cognoscetis eos. Recipit in vita Chaos. Dicit contextus: Sicut oves in inferno positi sunt: mors depascet eos. Depascet, tempus futurum: Positi sunt, est praeteritum. Apud illorum exercitia tempora diversa signant. Habitaculum sanè & habebant, quod habebant; descendentes sub Orco, qui vixerant in inferno. Lividi sibi nocent, dum alijs nocere cupiunt: pallor dicit propositum & tormentum. Ut obnubilatur demerentium gloria, varijs commentis malignis concipitur ruina; verum non prevalent, etsi dolent; quia lux magis in tenebris luceat. Ex tenebris totum lucidum: formaque & figura hic veterascit in inferno à gloria eorum; quoniam iritis vocis, fulgore lucis, in hoc patiebantur habitaculo, quae passuri sub profundo. Haec illorum forma, turpisque figura, meditantium crebris machinationibus damna, qui fatore litiun, factores convolutioinum, tricis

& tricis in dedecus, fucis & fucis in onus: signaturque ad habitandum simul mundus & infernus; quippequam in opprestionem fulgentium rutile dotium, nati in inferno à diabolo misit in mundum.

8 Inter lividos insignes numeratur Cynicus Menedemus, qui cuncta rodebat rabidus, eò quod à cunctis despectus: quare clarorum censuram, singularem instantiam, concepit in summam gloriam: ad quam exprimendam & peccus putridum, ipse sibi aptavit habitum. In tantum prodigiosa Superstitionis venerat (inquit Laërtius, in eo lib. 6. Suid. & Charar. de Imagin. Diör. pag. 195.) ut sumpto habitu furia, circumiret, dicens, speculatozem se ex inferno venisse; ut descenderem, hac ibi demonibus renuntiaret, quae vidisset. Speculum elucet furore perciti, ac propositorum invidi, in alienum splendorem, Furia debacchantis pra se ferentis speciem: igitur parum venisse, si deliraret; ni instar Erionys sciret: quo viso, cuncti fugiebant tamquam natum è barathro. Uti Furia circuibat, ut daemonibus renuntiaret quae vidisset. Furia est, daemones inferni sunt. Felicissima curiositas! Verè perversa malignitas, emota mente: etenim plerique in opprobrium ita furiosi; ut ferant modò aliquomodo suffurum, descendunt pernicis libentissimè in infernum. Ut ibi demonibus renuntiaret, quae vidisset. Eiusdem conditionis, cui & quae deferebat visa, ut commoverentur pectora: igitur cum quibus circumferentis conversationem usus, nisi cum malignantibus demonibus? Invidiatoris & daemones est accusare. Daemon & insidiator erat peccus invidi; in infernum procedentis, ad iram nunciatis visis: equidem qui Acheronti offert huiusmodi obsequium, habet daemones officium. Denique. Horrorem sonat cum daemones commercium; sed à pravis usitatum: verum novum omninò: quòd diceret, advenisse in hunc orbem ex inferno. Non novum; concepit livor, nutritur furor, conduxit error, deduxit labor, atque meritorum horror; ut cuncti eminentes caderent, modò illum ut superiorem extollerent, in cuius opus converteretur in Furiam, si non habet aliam formam: ita, ut in casum, praclarus instrumentis sapienter, technis quas comminiscatur, pro mediato dedecore; terra quantumvis miscetur igni: venule dicit ex inferno tantquam Furiam sequit, dum ita malevole fidem servavit livori; quoniam huiusmodi propensio, declinatio & inclinatio, daemo-

A diebus misus

Furor Menedemi.

Diogen. Laert.

Speculum invidentis.

Sufurratis curiositas, & malignitas.

Inde trahit mala.

Invidentis infernales operationes.

Delitit in inferno

In inferno exit in mundum

Psal. 108. 10.

Stautis.

Psal. 48. 15.

Ibid.

Est invidus in mundo & in inferno.

Illius morfus.

daemoneum conditio; morumque corruptio; solummodo in vulnus hominum possent exire ex inferno. Patet ergo ianua Diis, in faucibus Orco. Excerptimus ex Virgil. 6. Aeneid. à v. 273. Ultrices ibi posuere cubilia Curae. Pallentesque habitant. Terribiles visu formae.

Virgil.

Laborque, Letbi sopor, & mala mentis Gaudia, mortiferamque adverso limine virus.

Hi fructus invidentiae, haec pignora nata ex inferno inferiori.

Ecclesi. 1. 8.

9 Videtur ob vitij deformitatem, exitum ex inferno, meram epitaſim. Intende. Vita mea appropinquans erat in inferno deorsum: dicit Syracides. Deorsum; & versus infernum; quorsum? Haud aliò tendit via, quia non descensus versus superiorem. Quo ergo intuitu signatur Deorsum, dum obijcitur infernus? Exponet invidus: igitur ita condudit omnia; intentione maligna; ut fursum in mundo non sit mundus, sed infernus, uti sentina vitiorum, tumulus malignitatum, quin ullum relinquat lapidem, ut quærat sibi, alienum devenustus splendorem. Republicam subvertit, leges proterit, vitia nutrit, contentiones fovet; quæ cuncta operationes daemones, qui sedem habet in inferis: ex illisq; natus dicitur lividus, quantumvis in mundo natus; quippequam arreptitius perpetrat vitiosa fursum, quasi natus esset in inferno deorsum. Parum dixi, pra illorum mancipatione in scelera; ut malè audiat (illis invisita fama) qui gloriosè plausibus spectatur, & voluptate videtur: etenim si essent in inferno, ut sunt in mundo; si in mundum redirent facere mala ex inferno, sicut è fursum descenderunt præcipites usque ad infernum deorsum.

10 Quia tres pueri noluerunt Nabuchi imaginem adorare, furenter potens mancipavit igni. Maiestas delicata est, maxime cum potentia, quam offendit vel incuria: alitur enim vento inflare superbit, quæ adorationem desiderat etiam in imagine: siquidem quoniam Principis insolentis blandimen, celebrare indignitatem; arbitratur auctoritatem celsitudinis, honorem adorationis vel in statuis. Prius ipse adoravit imaginem, ut subditos provocaret in statua adorationem. Amor proprius est, & error, quem tamquam legem fulminavit furor: igitur semper delirant, qui se pro maieſtate celsitudinis adorant. Adorant se, quantumvis statua sunt Tom. VII. Taut.

lege capitis posita, ut iusticia videatur; quod arrogancia; & lex præsit, quicquid placet: equidem cum offenteur maieſtatis potentia, ubi dominantis adoratur crimina; lege subditos instant, ut adoret contra legem quicquid adorant. Ma luerunt servi Dei in articulo mori, quam fecerant: causaque cogita, propter adorationis omissionem, detulsi sunt in ardentem fornacem. Ignis innocentibus comes; sed illos qui miserant, interfecit flamma ignis, trahens in infernum, qui exterminium quæſierunt tantorum Principum. Mortui sunt: at grave argumentum est. Non cessabant (subditur) qui miserant eos ministri Regis succedere fornacem. Unde ergo si in infernum flamma prævalente, deciderant; fornacem denudò incendebant? Argumenti solvite inextricabilem nodum, lividorum exercitium. Nonnunquam oderunt lucem, atque benemerentium splendorem; dotes sepelire cupiunt, præclara ornamenta decorare fatagunt: præcellentium vel gloriam vel ipsos suffocant, ut moriantur, fecdis imposturis gravant; collocatque in inferno, rursus apparent in mundo; ut cognoscat cæcus orbis, unde exivit tanta pestis: igitur in fulgentium honorificè ex terminium, ex inferno in mundum veniunt. Veniunt, ubi vivit, si vivit, invidias cuius palatia sunt Tartara.

—Domus est imis in vallibus antri Abditæ, Sole carens, caligine semper abundat. Ibi iacebant extincti livore, qui revocati ne iacerent ibi: unde iam in mundo, qui iacentes in inferno; quoniam à livore quo flagrant, ex inferno suscitantur, ut officiant.

—Vetus & antiqua simulatas, Immortale odium, & nunquam sanabile vulnus Ardet aëbus. Ut fuscinit Iuvenalis, Satyr. 15. v. 35. Ardet: Utique. Torum odium: & quod exercere non possunt in dotes; retorquent avidè in dorijs spectabiles.

11 Q. Flavium Augur. (inſit Valer. Maxim. lib. 8. cap. 1. n. 7.) à C. Valerio Aëdile ad populum reus actus; cum quatuordecim tribuum suffragijs damnatus esset; proclamavit, se innocentem opprimi: cui Valerius aque voce respondit: Nihil sua interesse, noxiusne, an innocuus prodiret eiusmodi vox, ut innocens ita pararetur nex? Quæ non audebit impuni.

Daniel. 3. 22.

V. 46.

Suscitantur invidus, ex profundo barathri.

Ovid. 22 Metam. fabul. 22

Iuvenal.

Val. Max. Tendit invidus in mortem fulgoris & fulgure illi.

punis propter munus insolentia, dum habet & consiliarijs suffragia ? Ideam respondentur Sacerdotes Ludi, Christi innocentiam protestanti : *Quid ad nos ? Tu videtur.* Erat Agnus innocens sub potestate livoris : & modò moritur ; quid ad illos, quod innocens moreretur ? Quid Valerium percussit in huiusmodi detestabile iudicium ? Invidia, ut opprimeret æmulum. *Candidati Adilitatis, acceptior Flavio:* ait Tit. Liv. lib. 8. *sect. 51.* Voluit nactà dignitate per necem, ampliozem æmuli exterminare acceptiorem : & cum non posset in famam, insidias extulxit vaser in vitam. Iniquitas à livore: verum mentira est iniquitas sibi. *Violentià dicti, reliquis tribus Valerius Flavio donavit.* Eundem, dum pessandatum credidit, erexit; victoriamque in ipsa victoria perdidit: subdit Maximè. Dedit locum ut fieret acceptior, & illius cognosceretur ex malignitate furor; sibi contrahens Ignominiam, dum obcurare studuit æmuli famam. Carpit & carpitur unà.

Math. 6. 4.

Tit. Liv. Sed dum proferit, erigit.

Val. Ma.

Statius.

Tantas in attonito regnavit pectore lucus.
12 *Nulla apud Philippum* (inquit Iustit. *Histor. lib. 8.*) turpis ratio vincendi : in Alexandro nec dilatio ultionis, nec modus. Nihil turpe cogit invidia in vota, cum vota illius non aliud sint nisi turpia : igitur ratio vincendi sine modo in iudicium; & iura sine ratione. Occurrit causa Christi. Quis fuerit, patet: quæ mortis causa, fatiscit. Iam enim per ministrum captus, ut excusari posset inauditum scelus : igitur cum esset factum, quod à Sacerdotum Præside iustum; in infamie excusationem dixerunt fronte aperta: *Quid ad nos?* Per ministrum factum est: iuar ergo pœnas, qui instruxit in innocentem insidias; quasi enorme flagitium illis non esset lenocinium, & præceptum. Nulla illis ratio vincendi, neque modus in ultione. Exitus aëta prædabunt. Præses ad quem, morti addendus, perductus; Sciebat, quod per invidiam tradidissent eum Summi Sacerdotes. Accesserunt, in multis accusarunt; verum Præses dixit illis, cognoscens calumniam: *Nullam inventio in eo causam.* Quid: *Nos legem habemus.* Nulla lex, sed dumtaxat legis vox. Si non esset hic malefactor. Est vox cordis: non est; dicitis. *Regem se fecit.* Mendacium; imò fugit. *Commovet populam.* Omnino commentum. *Prohibet dare Casari tributum.* Prorsum fictitium. Sunt duo testes; sed falsi. *Quare igitur Præses*

An in excusatione privatis invidia.

Marc. 3. 10. Ioann. 8. 38.

nec ulli obiectorum præstat fidem? Sciebat causam efformatam per livorem, finistre interpretatis miraculis, conculcatis prodigijs, eo tempore quo fama crescebat, & illis relicto mundus totus post illum abibat. Florebat gratia & sapientia: fecit in eis quæ nemo alius fecit opera, alienis ex corde acceptus, & proprijs odiosus; qua de causa illum non receperunt, sed coram Præside inventivis invektivisque accusarunt: Præseque nihil credit, ex his quæ audit; quia traditus in iudicium per invidiam, ad formandum iudicium non habet causam. Causa invidiæ non est criminis causa, sed aliena gloria: est meritum præstantia, qua propria iacet, quippe aliena lucet: & causa efformata ab invidia, à Præside nulla dicitur causa; quia constructa causam in mortem, ex his quæ grati debebant & plausum & gratitudinem. Propositum causæ subornate (ut quiescat malis) ingenioso livore (vitium utique ita fordidum, quod nemo vel vanus fateatur hocce vitium) est, quod & meritis inclytus, spectabilis cadat: peare ut modò, nil interst, quod per fas vel nefas pereat: auditque Præses in causa fictis & actis, nil in pœnam videt ponderis, ad causam ullam; quia invidia fecerat causam. Hocce comenem pectoris accusatoris: at quem in iudicio iustitria Præsidis? Invidiosum cognovit: innocentem condemnavit. Hæc in dependantia politica agendi ratio (nata ex inferno) promit in Præside iudicium sine iudicio: sine iure, atque legem sine lege; quasi iura subdita iudicis delirantis voluntati: etenim gravissimum assentiendo invidis commisit: crimen; sciens, quod per invidiam tradidissent eum.

Quicquid ab illa obiectum, falsum.

In Præside blande dicente livori. Adhuc; invidium contra iudicium.

13 Quid non pervenit pectus huiusmodi tabe? Quæ molimina non excogitantur in dedecus dotibus inclyti? Orbis universo acceptissimus Scipio Africanus; verum infelix quia displicuit civibus, & ei invisus Senatus: quapropter quæ mater vel alienis spectabilis Roma, nonnumquam illi noverca; cæsi plures in eius stadium haberet triumphos, quam annos. Luc. Cotta apud omnes malè audiebatur propter corruptionem morum, factionem discordiarum, publica larrocina, bilingua verba, pecunias repetundas, comestiones, ebrietates, corruptasque virginis & matronas, conscio vulgo criminum; quippe totus actus sentina vitiorum (Alcon. Prædian. in Cicero. 1. Verrin. & pro Muran.) queis depositus fuerat à mu-

muneribus publicis, indigenis virgæ Cenforis, à quo causa evidenter noxijs (ut inquit Valer. Max. quo sup. num. 11.) efformata, dilata latuit; & quousque audacter Illyrici procuracionem petivit. Tunc Scipio L. Cottam ad Prætozem accusavit (subdit Valer.) cuius causa, quamquam gravissimis criminibus erat confessa, sepites amplata, & ad ultimum octavo iudicio absoluta est, Homines sapientissimi verbantur, se præcipue accusatoris amplitudini damnatio eius donata existimarentur. *Nolumus, q. d. in iudicium triumphos & trophæa spoliare, ac devictarum navium nostra referre.* Quod ab illo uti prudentia plauditur, à prudentibus ut iustitiæ gloria ploditur. Ius est, quod à potentum virtus haud præmar innocentia; sed est invidia, criminofum iudicio fuge-re pœnas; ut indicantis proteratur auctoritas: igitur titulo honoris, impune publice perindulgentes crimen; actoris & iustitiæ etiam ampliozem proculcabant honorem. Vel pueri conscij criminum: etiam reus damnaverat sibi conscium, cum septies causa discussa; quod superfluum, sine causa: absolviturque non à scelere, sed à gravamine sceleris; ut iudicio iudicium nigresceret Scipionis: patereque ex causa cotam cunctis despectus, qui iudicibus nimis videbatur gloriosus, ed quod nihil commodius quibat facere Republicæ; quam huiusmodi pestem ab illa expellere; quin in munere denuò relabi posset, qui & in illo & ab illo semel flagitiose cecidit. Haud verbantur iustitiam iudicio frangere; sed iudicio splendorem Scipionis appetere; causaque fontis cunctorum iudicio approbatur calculo; quia iure ac legè reprobat Scipio. Quod ab illis videbatur auctoritatis fragor, erat splendoris fulgor, quo perfringebantur iudices, triumphos spolia & navium rostra videntes: atque liboris Senatusconsulto pessima auctoritatis causa, ut clarissimi Scipionis despicerentur trophæa; etenim liber, morum & Republicæ corruptor, ut Scipio iustus à pravis diceretur calumniator. Dicit Livius in Epitoma. 3. belli Macedonice. *Non satis bello vicisse Annibalem, nisi velut accusatores calumniam in eum iurarent, ac nomen desererent.* Frequenter exitus, libore iudice, dedecus gloriæ: equidem ut mareceat splendor; rectus audit, calumniator.

Val. Max.

Livore iustus damnatur, sceleratus absolvetur.

In Præside blande dicente livori. Adhuc; invidium contra iudicium.

Ezech.

Ezech. 22. 29.

ter. *Tautolog. 6. n. 32.* Calumnia est malitiosa actionis præsumptio, & per fraudem infamatio. Quippini actio dicitur calumniata, sed calumnia? Inducitur embolium liboris, fungentis munere iudicis modò florentis conculcetur & maiestas & honos; absolvet illex totius iuris refractorios. Haud potest iustus damnari, quin pravus possit absolvi: & cum ex calumnia iure procedat dedecus, quo deflorescit auctoritatis honos; invidentiâ suffragio solyitur reus: igitur criminibus sanctificatur abominabilis causa; quia causa tota, calumnia. Parum cogitaret livor & malevolentia iudicis, nisi moliretur infamiam in nebullam splendoris. Calumniatur, à quo quicquam falsò imponitur. Calumniatur, calumniam; qui iusto appingit, à pravò renovens infamem criminis notam; & non solum calumniari dicitur à livore, sed calumniam calumniari; quipsuquam in iustivum auctoritatis decorem, est falsò comentum iam habet crimen. Quodnam iudicium, ubi Caro damnatur, Clodius absolvitur: Vide Senecam, *Epistol. 27.* & articulum ad unguem 2. *Machab. 4. à 43.* Aptius exemplum in Christi causa; ad damnationem à Procerebus efficit, qua Barabbus cum honore dimittitur, Christusque cruci & per opprobria, damnatur. *Redime me à calumnijs hominum:* dicebat calumnijs prelius David. Quorum ergo nisi hominum? Numquid demonum? Grave profecto crimen: dicimus etiam vernacule propter enormitatem: *Calumniata del demonio.* Unde Aponte Tom. 2. in *Sapient. 8.* subdit: *Damoniores demone;* igitur superant per calumniam, totius inferni malitiam; ubi ut deurent varijs coloribus prævaricatoris crimen, incumbentem ut deleatur, appellat calumniatorum rem. Terentius in *Anària. Act. 4. scen. 1.* vers. 1. *Hocce est credibile, aut memorabile: Tanta eccordia innata cuiquam: Ut malis gaudeat, atquo ex incommodis Alterius, sua ut comparet commoda.* Adhuc vidè Læl. Bificiolam, Tom. 2. *Horar. subscituar. lib. 14. c. 3.* & artificia in odium; *Tautolog. 7. Didasc. 1. Sunt quos honor ipse vexat:* inquit Stoicus, *Epistol. 75.* Aliquid intendunt, dum ab honore & honoratis vexantur. Quid ergo intenditur? Ne gloriosus invidetur: tuncque lapsus in deteriorum notam, quam in invidiam. *Invidiam placare paras, virtute relicta: Contemneris miser.* Horatius, *lib. 2. Satyr. 3. v. 13.*

Zelusius sitig dicitur tri-culatum nig.

Pfeler 134.

Aponi

Terenti

Senece Lividus honore vexatur.

Horati

14 Populi terra calumniabantur calumniam; inquit Ezechiel. De hacine Tautologia. *Tom. seg. T. 8. n. 7.* & luteratis *Tom. VII. Taut.*

E 2 Li 4

Lividus sanè vexetur ab honore, si vexatur. Fur est: quod tollere vult non quit. Nequit meritum illustrium furari gloriam: furripit quod potest, famam; verum splendore oppressus; quippe & honore & splendore vacuus. Fests. Avian. Rufus, Fabul. 23. *Latio infelix, & sua dama cupit.*

DIDASCALIA III.

Homo peccator non homo, sed damon.

QUAMVIS rationalis sit homo, & iuxta propria naturam vivere, compellat ratio; gaudet homines insani, quasi esse gloria deficere à rationali natura: *ed quod (ut ait Stoicus Cordubens. Epist. 41.) in vitia alter alterum tradidit. Quomodo autem ad salutem revocari possumus; quos nemo retinet, sed impellit? Verum si inhæret crimini scditas, unde diligitur avidissimè iniquitas: Conficit sæculi vanitas (sæpè sapius impunitas) quippequam criminum decoratur deformitas: & habetur pro spectabili gloria, quæ rationis ignominia; quippe auctoritas peccantium deauratio criminum, gloriantium in malefactis, quamvis pudore rationis, agrè ferentis proteri præscripta legis propter legem voluptatis. Pro lege eis est desideriorum voluptas: ait SS. Benedictus Monachorum Antesignanus & Pater; Regul. Sancti. cap. 1. Pessima regula prolium (propudium rationis) à corde fit; ubi in lege voluptatis nulla lex, & perplacet voluptati, vivere ad libitum sine lege. Factor quidem deformitas est (ait Bernard. de Divers. serm. 32. n. 3. & 68. n. 2. qui de Modo benevivendi, cap. 26. num. 76. subdit) Tribus modis peccatum committitur: scilicet, per ignorantiam, per insipientiam, & per industriam: idest, deceptià, fragilitate, & malitià. Deceptio ad errorem, inconstantia ad virtutem (in humana conditione debili cæca) tolerabilia; sed nullo modo ex industria malitiosa: etenim ut reliqui nescientes aut fragiles imitentur, pravè omnino ex proposito auctorantur. Sophocl. in Antigone, v. 482. & Euripid. in Phœnis, v. 551. Hecub. vers. 606.*

Leges transgredienti propositas, His gloriari, & cum fecerit, videre.

Ubi ius: Honoras beatam iniustitiam. Hoc honorificum. Quid amplius: Iam malus, qui non aliquid mali facit. Extremum enim mali, gloriari; de quo debent erabescere.

2 Ascendere iubet Dominus Iacobum in Bethel, quò illi pridem apparuerat, fugienti furorem Esau. Tunc cum inter seruos & reliquam familiam, advectam ex Mesopotamia, essent aliqua idola; tradidit sibi præcepit, ut sepeliret, Sanctuarioque, ut pat erat, accederent mundi, sepelita vitam occasione peccati. *Abijcite Deos alienos (inquit) qui in medio vestri sunt. Dederunt ergo ei omnes Deos alienos, quos habebant, & (pro idest) inauris, quæ erant in auribus eorum.* Multa occurrunt enodanda. Deos alienos, qui sunt in medio vestri. Alij: *In medio cordis vestri, quasi essent in corde. Quomodo ergo in corde illorum idolorum imago, vel eorum quod sedet peccatoris medio? Talis est quisque, qualis eius dilectio: inquit August. tract. 2. in Epist. Ioann. Patrisi Deum diligis, Deus es. Ego dixi: Dij estis. Si Dæmonem amas, mutaris in diabolum, quoniam in te Spiritus dæmoniorum. Si ergo idola amaveris, in idola converteris. Ambulaverunt post vana, & vana facti sunt.* Haud constituitur homo in esse materiali per intellectiõnem mentis, sed per affectum sive affectionem voluntatis, quæ sedet cordi, quod in medio uniuersitatis: & ut abiciantur, pro cordibus, idola & simulacra à Iacobo dicuntur; quippe corda affectu convertuntur, in ea quæ volunt. *Affectio cuiusque est quisque. Nec enim is est, quem forma ista & figura declarat: ait Ciccr. de Somn. Scipion. Præterit enim figura, & in forma hominis non est hominis forma: igitur si Dij Genium dæmonia sunt, & ad illos parvo affectu adorans accedit cor; propter pravos cordium in dæmonum affectiones, homines sanè convertuntur in dæmones. Verum hoc infra: etenim ut ait Propheta: *Abalienati sunt in confusionem (quamvis confusionem non sint confusi, viventes sine pudore) & facti sunt abominabiles, sicut ea que dilixerunt.* In illa conversio facta ex hominis formas quæ quidem cum sint abominabilia, & adoratio simul abominanda; homines gloria intellectus, atque rationis pellentes, abominabiles Audijs adorationis sunt facti: quia commutaverunt gloriam suam in similitudinem Vituli.*

3 Causa liquet in articulo traditarum imaginum, adorantium præ se ferente sine

Euripid

Gen. 35. 2.

V. 4.

August.

Ioann. 10. 34. A poca 16. 14. Ictrem. 2. 5.

Anima convertitur in di lecta.

Ciccr.

Osee. 9. 10.

Ubi sup

Extremum vanum gloriari, de quo debet erabescere.

Anima convertitur in di lecta.

Quia non est dolor, extollitur error.

Iuvenal

confusione intuitum. *Dederunt ergo ei omnes Deos, & inauris quæ erant in auribus eorum.* Hoc est, imagines dæmoniorum, quæ erant in inauribus illorum. Nostrates: *Pendientes de los Arillos, à Arracadas: igitur simulacra idolorum erant ab auriculis pendencia. Dixi sæpe. Videfis, Tom. 3. T. 1. D. 2. n. 14.* Inauris monile est in ornatum aurium. Ut eius arulus, sive circulus inferatur auriculæ; necesse est, quòd perforentur atque vulnereatur auricularum lobi. Cur igitur Iacob ornatum inaurium abijci, ut sepeliatur, præcipit? Ne inter suos scandalum confusionem videat. Crimen idolum est, affectionis simulacrum, cuius imago Dæmon, quæ ab aure pendet, & quam iam suggestione perforavit. Pessimum idolum; sed extremum, quòd portetur in ornatum; equidem eum portetur in gloriam, & perforet, ut portetur, auriculam; abdicetur dæmon simulacrum inauris, ut potè summum in gravitate criminis: quandoquidem nihil ultra malignitate peccati, quando gloriantur de vulnere. Ex huiusmodi monili malum vulnus, ceterum peius, ornatus; quia habetur in vanitatem, quod inferre debebat præ pudore confusionem. In elegantiam alluitur, quod ignominia signatur, ut potè datum dedecori, portare continuò dæmonem pendente ab aure, ad cuius gloriam, prævium vulnere auriculam: hocque genus dæmoniorum, de medio cordis protinus abijciendum; quippe nocentissimum dæmonium, atque impenitentiae signum; gellire, & gaudere de dolore, & simul infensationis, de vulnere non dolere.

4 Pendet. Dum arulus, ex quo pendent, vel suspendantur idola adorata, inscribitur; dolet, quippe auricula perforatione sauciatur. Deferu temporis, nihil sentitur doloris, et si nota maneat vulnere; quia ab assuetis non fit passio, imò præter dispositio affectio, imagines simulacrorum crepitantes strident, quæ à primo vulnere pendunt. Ornatus est vulnus; sed non esset factus ornatus, quod auricula in gloriam vanissime promit, si vulnus factum doleret. En status peccatorum, in legem audacium, & de crimine gaudendum. Peccato tamquam arulo fit vulnus, ex quo dolor; quem excitat pugens error. Nescio, an dolens peniteat de dolore vel de vulnere. Sentit nihilominus & timet. Dicam enim Vate, Satyr. 13. v. 223. *Hi sunt qui verpidant, & ad omnia fulgurata pallent,*

Sagittæ ergo conscientiae transeunt, ubi vulnera obducuntur: in notaque vulneris, in ornatu & gloriam collocantur in aures, in quibus effigies dæmonum, sine ullo pudore frontium: igitur haud haberentur pro gloria, ex quibus contrahitur opprobrium & ignominia; si modò doleret intimè, totum quod pendet ab aures: quandoquidem ni amississent pungente dolore sentium; nequaquam vulnera gelarentur in ornatum. *iniquus habet nunc consilium, presentia appetere, æterna deserere (ait Gregor. Magn. 14. in Job, cap. 5.) iniustus agere, iusta deridere: & præcipitabit eum consilium suum. Unde agit, ut per gloriam, quam ex peccato assequitur, eius peccata amplius multiplicentur.* Haud faceret, si vulnus ex inauribus doleret: habereturque de illis suspensis gloria; quippe absque de vulnere impenitentia: igitur crimina in gloriam præ gaudium non demonstrarent; si de vulneribus factis à simulacris, quæ in inauribus doluissent. Vernacule: *A acer dolor de la culpa, nunca se hiziera del pecado gala.* Modò profectò si gaudeant; signum plane, quòd non dolent: quia non penitent culpæ, est summum studium gloriæ: pendenteque semper idola, dæmonia crimina; quæ à medio cordis, ne nocerent, abijcienda. Sophocl. in Phisost. v. 1048. appositè cant:

Tu quidem latatus es, sed malis. O miser!

5 Signum huius mestissimi gaudij in voluntaria exponitur libertatis cessione. Servus, qui remissione facta, voluntarie mancipabatur servituti, adducebatur iudicium tribunali, & eius subula perforabatur auris, in perpetuæ testimonium servitutis. *Applicabitur ad os suum & postea, perforabitque dominus aurem eius subula, & erit ei servus in sæculum.* Haud aliter quò gloriantur sub criminum iugo, veantur datus sub peccato; igitur pro optata gloria, & voluntarie dicitur ad vulnera: ita enim dæmon exhibet, cui servituti placet. Dædus erat & publicam, cui nota vulnere perhibebat testimonium: equidem quærens sollicitè de servitute ignobilem gloriam, contrahebat spontè odibilem ignominiam. *Us si non horrent servitutem (inquit hic Caietm.) horrent saltem talem ignominiam publicam: siquidem ultra insipientiam; ultra adbare libertatem, & gaudibunde subire gravissimam servitutem. Hi sanè fructus arboris perveritatis: dolores, quin deserviat vulnere medicina, de vulneribus dolore, et*

Gregor. Magn.

Sophoc

Exod. 31. 6.

Caietm

Quot ma-
la ex pec-
cati glo-
ria!

enim manet cum doloribus servitutis pra-
vitas; ceterum nunquam restituitur liber-
tas. Elucet supplicium eius, qui peccato
consentit, & eius qui gloriatur de pecca-
to. Qui consentit, dolore remouetur à
servitute: qui gloriatur, subditur servituti
sue dolore. Primus sentit auriculæ vulnus
in penitentiâ: secundus tanquam mor-
tile, cum imagine demonum portat in-
aurum, de qua gloriatur, quoniam vitij
extollitur: sitque ex temporali servitute,
gloriâ criminis, in perpetuum seruus dae-
monis; quippequam sine pudore, vultu
procaci, nec vulnus sentit, nec ignominiam
cognoscit, nec amissam libertatem, neque
passam servitutem.

*Pugnatur. Quantum scelerum, quantum
que malorum,
In populos lux ista foret! Quot regna
iacebunt!*

Lucan.
7. v. 114

6. Indicat Seneca. Facilis & in pro-
fuita vitiorum decursus est. Non coarctat
vicia, qui provocat (instit. 2. de Ira cap.
1. subditque de Vit. beat. à cap. 11.) Hoc
esse in voluptatibus, dicit: nec tamen illis
bene erit; qui non bono gaudent. Vitij
suis sapientiam inscribunt: laudent enim
ea, quibus erubescunt, & vitio glo-
riantur. Hac enim de causa Vitium cum
Voluptate pictum in folio (ita dum ha-
bet, vel conciliat auctoritatem) pedibus
calcans, atque proterens Virtutem. Ita
apud Chartar. in *Deor. imagin.* pag. 249.
In mundi statera necessarium, quod Virtus
deprimatur, quando Vitium extollitur:
iacet enim Virtus, quia Vitium non ha-
bet pondus. Sublimi elevatur tantum li-
bramie vanitatis, quod dat ut mendax
solummodo pondus ventis. Hocine li-
bræ momentum est hominis vel demonis?
Dicit nostra Tautologia expositio, ut
eluceat propter aemorem culpæ prava con-
versio. *Homo natus de muliere.* Ergo nisi
ex illa unde? Exprimatur constitutio na-
turalis, ut pateat quæ ex forma criminis,
Quid habeat ab origine & quid ratione
peccati: etenim cum delectat crimen ho-
minis constitutionem; licet ex muliere na-
tus transit in demonem. Dicit Lucas:
*Erant Iesui eiciens demonium & illud erat
mutum.* Difficile testimonium. Quis? Dæ-
mon, vel homo? Homo possessus à dae-
mone. Cur ergo si per illum mutus homo;
non homini, sed demoni datur vitio?
Quod homo mutus, clarè: igitur cum
dæmon electus, locutus est mutus. Quare
igitur si in homine lingue impedimentum
& vinculum; mutum dicitur demonium?

Senec.
Imago
vitiorum

Iob. 14.

Luc. 11.
14.
Crimine
nullum
discrimen
inter ho-
minem
& dæmo-
nem.

Homo crimine quasi mutat conditionem,
transiitque in malitiam & malignitatis pa-
trem. Equivoce sunt operationes dæmo-
nis & hominis, dum homo traditus pote-
stati dæmonis: igitur per conceptam &
fotam iniquitatem, inter utrumque malum
non est discrimen.

7. Inter periodos orationis Domi-
nicæ, una est: *Libera nos à malo.* Quid
hic *Malum*? A crimine? à dæmone? ab
homine? Non à tribus, sed ab uno, unde
mali univocatio: igitur ubi intercesserit
malum, unum quid homo & dæmonium.
Per peccatum non novum homines in
animalia converti; ut contigit foetij Uly-
ssis, & Nabuchodonosori; de quorum ar-
ticulo, sepe egimus, ex Ovidio, 14. *Me-
tam.* fab. 6. & Laurent. Hechan. in *Miro-
cosm.* Emblem. 53. Unde Prudentius, in
Peristeph. v. 3677. succinit.

*Imaque figura alia est, quam qua fuit
oris.*

Verum in dæmonem? Fecit crimen, ita ut
in hominis conditione sceleret conditio
diaboli. *Ex vobis unus diabolus est:* dixit
Christus pro Iuda proditore. Possessus à
dæmone, sic; quippe totam inferni ma-
lignitatem diabolus misit in cor, & ut
compleret in Magistrum insidias, intro-
vit in eum Satanæ: verum quomodo exiit
constitutionem hominis, ut formam in-
duceret demonis; ut non solum non ho-
mo specie micaret, sed diabolus esset?
*Cum malignis quidem spiritibus proposito
& voluntate peccati:* institit Gregor. Magn.
in 1. *Reg.* lib. 5. Peccati propositum & vo-
luntas, est humane conditionis diversitas,
secundum interiorum hominem, à lege &
ratione declinantem. Diabolus in malitia
persistit: propositum à prima voluntate
non remouet, intendens semper in ma-
lum, cuius Iudas malignè imitabatur pro-
positum: demonis malignitatem conce-
pit perfide peccatus: & quamvis esset homo,
dicitur diabolus; quia ubi peccati volun-
taria malitia, inter utrumque nulla datur
differentia. *Consummata à omni tentatione*
(ait Lucas) *diabolus recessit à Christo, us-
que ad tempus.* Quando ergo rediit in
prælium? Ubi viguit malitia Scribarum
& Phariseorum: etenim horum tanta ma-
litia; ut in Christum irruerent omnia dæ-
monia. *Nostri essemus, si ista nostra nos
essent:* subdit Stoicus, *Epist.* 42. Quis
vicia in nobis sunt, nostri non sumus.
Abest omnino hominis intellectus. Quis
erit, qui vel secum suus non est? Idem
cum illo cui per malitiam proterve tra-
di-

Matthi.
6. 13.

Imò unū
sunt.

Prudenti

Ionan. 4.
71.

Gregor.
Magnus

Luc. 4.
13.

Seneca

Homo est
sibi nihil
bonum.

didit cor: Christuſque merito proditorem
vocat diabolum, eo quod semper habe-
ret idem propositum. *Nostri essemus, si
ista nostra non essent.* Arbitror, non esse
nostra: igitur Deus, ne nobis arideret
iniquitas; longè fecit à nobis iniquitates
nostras. Iniquitas ipsa est dæmon, fons
& origo vitiorum. Non erit homo homo,
modò per iniquitatem in illo sic diaboli
constitutio. Non possunt esse nostri, que
non nostra illo in articulo vicia in nobis
sunt aliena, nimirum diaboli, quibus
constituimur dæmones, quando vicia sunt
in nobis: homoque per vicia diabolus fit;
quando in nobis nostra patent, que vicia
diaboli sunt.

Eccl.
21. 3.

Unde ho-
mo inter
eam dia-
bolus

Senec.

Horat.

Quæ
uocet
dæmoni

inter varias Nationes Ethnicorum; ma-
ximè, 23. *Mart.* n. 3. 26. *August.* n. 9. &
30. n. ult. & alijs in diebus. Profectò malè
feritate cogitationis delirium, verum in-
signe ex fictione documentum in articulo
propositum. *Lilith* dicitur malitia: *Heva*,
natura. Filij Adam ex utraque matre
sunt. A *Lilith*, voluntate & electione. Ab
Heva natura necessitate: ab hac homi-
nes, ab illa dæmones, quibus homines mu-
tatione naturæ compescantur à peccatis:
quandoquidem rationis propudium est
quòd per malitiam, appareat homo filius
Adam ex *Lilith*. Altraunt plures Tauto-
logia, de quibus in Expositione *Litter.* Di-
cit Salomon: *Filius fui patris mei.* Cuius
quibat, nisi patris: *Patrem tuum qui ge-
nuit te.* Est ne inter patrem & genitorem
discrimen? Profectò, quippe in homine
videtur duplex origo: alia ex natura: alia
ex malitia. Ex natura, qua nascitur ho-
mo: ex malitia, qua amittitur ratio: unde
cum amittit ratione, hominis evanescat
character; non est homo conditione pra-
vitas, qui à natura habuit conditionem
hominis: quandoquidem per malignam
voluntatem, qui homo natus, converte-
tur in dæmonem. Constituuntur homo in
hominem per intellectum. Homo in dæ-
monem per animum. *Idem enim bonum
hominis & vitæ:* subdit Stoicus, *Epist.*
87. discrimenque signatur inter patrem
& genitorem, propter rationis & volun-
tatis discrimen, quasi homo possit ha-
bere aliud esse, præter naturale quod ac-
cepit à patre: etenim qui homo factus
per naturam, non est homo per malitiam.
Homo sane per Adam, verum dæmon per
Lilith. Homo est, cuius individuus co-
mes ratio. Hinc *Ioseph natus est homo.*
Hic fuit filius patris sui; quia homo potest
esse patris alieni, per aversionem volunta-
tis à naturali lege, constitutione rationis:
suique patris homo dicitur filius; quippe
à ratione non averius, nec perverfus: igitur
ratione sepulta, lege proterita, formæ
proprie calcata; qui homo & in-
signis naturæ à patre constitutione, dæ-
mon terribissimus adest malitæ perver-
sitate. Dicit *Isaias* exprimens desolationem
Babylonis. *Nec pastores (inquit) requies-
cent ibi: & respondebant Sirenes in delu-
bris voluptatis.* Hieronym. *Dæmones.* Pef-
simum, ubi conditione dæmones, qui de-
bent esse pastores. Verum hoc aliàs. Si
pridem rationalis natura, hunc in infer-
nalem conversa, ut obijciantur Sirenes,
qui conditione homines: A delubris vo-

Prov. 8.
32. & 33.
22.

Homo à
selegence
peccato.

Seneca

Eccl.
49. 174

Isai. 13.
22.

Unde illi
alia forma
deser-
vunt

lupratis. Hæc naturam pravitate corrup-
pit, & corruptelâ conditio rationalis eva-
nescit: diciturque meritò dæmonum, quæ
floruit hominum; quoniam qui homo,
transformatur in dæmonem, per volun-
tatis malignæ tendentis in pravitate.
Hinc addit: *Pilosi saltabunt ibi*. Figura
dæmonum objicitur, dum propter crimen
hominum forma calcatur: dicunturque
Pilosi, quæ species diaboli; equidem pec-
catum conferens diaboli formam, inten-
dit etiam communicare figuram. Vide dic-
ta, Tom. 5. T. 10. D. 2. n. 10. & 6. T. 3.
D. n. 10. & Tautolog. 10. n. 23. Ita enim
hominis originis conditione, & pravita-
tis origine, ut canit Ovidius, 14. *Meta-
morph.* fabul. 3.

Verf.
21.

Qvid. *disimiles homini possunt similesque vi-
deri.*

10 Unde exulet à cordibus hominum
hujusmodi horror, singularia verba pravis
protulit Salvator. *Vos ex patre diabolo
estis*: dixit Judæis veritati adversantibus,
atque procaciter mendacijs ex proposito
faventibus; qui falsitatis convicti, confu-
gerunt ad inpudentiam dicerij. Diale-
cto nostra: *Un desceso ha sido siempre
solucion de un concludo*. Symbolum Lo-
ligo est, ut idem succinit *Halicut*, à
vers. 19.

Qvid. *Sapia tarda fuga; tenui cum forte sub
unda*

*Deprehensa est, iamiamque manus times
illa rapaces,*
Inficiens aquor, nigrum vomit illa errorem.
His pellucet diabolus, cuius filios sic in
resipiscientiam appellat Christus. *Vos ex
patre diabolo estis*. Filios dæmonis? Uti-
que: non sunt homines? Sanè. Si homines
ex hominibus sunt, & nequaquam ex dæ-
monibus; unde homines erunt dæmones,
& filij diaboli, non convenientes ad in-
vicem in naturæ conditione? Filij homi-
num homines, naturâ univocæ. Ergo filij
dæmonum (si dantur) erunt dæmonia.
Qua ergo metamorphosi homines filij
dæmonum, cum distinctione genericâ pas-
sionem & proprietatem? Ipsa ratio du-
bitandi astruit validè veritatem argu-
menti. Non est homo, cui dæst ratio: &
cum in amplexu criminis facultas evanes-
cat intellectiōis; nequaquam erit homo
admittendo peccatum, quia non est homo,
homo qui non habent intellectum. Homo
est animal rationale: non homo sine ra-
tione. Est nobilissima substantia cum pe-
ccatâ intellectiva, capax legis æqui &

Ioann.
3. 44.
Qui
admittit
crimen,
denigrat
arguen-
tibus.

Oratio
21.

reçti, & didacticæ ratione: non ergo erit
inter homines homo; qui vixerit sine lege.
In eius intelligentia, hominè collocatur
substantia: non est homo, ubi non est dif-
ferentia; quæ uti rationalis, hominè ad
unguem constituit operationes: hominè
que pravitate dicuntur recedere à forma
hominum; quia recedunt à forma rationa-
lium.

11 Modò intelligitur N. Assertoris
sententia, dum Iudæorum non solum
erat, sed florebat malitia. Illorum vita
erat processus iniquitatis; dum dixit illis:
Ex patre diabolo estis. Diaboli filij? Næ
Desideria patris vestri vultis facere: sub-
dit. Operatur opera dæmonis. Ut alia
quæ ignota cognoscatur essentia quidita-
tis, nonnumquam recurritur ad essentia
operationes; quoniam eius est operari,
cuius est esse, sequentibus exercitijs radi-
cum operationum, originem proprietatum;
tum ut comprobetur opere, quantum &
qualis differentia naturæ, constitutum
essentia: hominèque ex patre diabolo
dicuntur, ut filij dæmonis; siquidem
iuxta opera diaboli illorum cunctorum
operationes. Iuxta opera erit natura.
Unde si homines sunt & signantur filij homi-
num, iuxta sigillationem rationalis pro-
prietatum; sequentes diabolum in pecca-
torum proposito, erunt sanè per crimen
à patre diabolo. Eius sunt cuius sequun-
tur, cuius imitantur opera, cuius in illis
imprimuntur artes; quæ planè dæmonis:
quandoquidem nihil hominis in homine,
dum in eius exercitijs nil videtur ratio-
nale. Non est homo, ut diximus, ubi
non ratio. Si ratio in rationali non sit;
homo profectò erit extra se. Dicit Pro-
digus, dum in se penitudine revertis.
Hæc sunt stipendia flagitij, filios diaboli
esse; igitur vagantur phreneticè deliran-
tes, extra se à se per peccatum deficien-
tes: deficit enim à natura rationali, qui
deficit à ratione. Venudati sunt sub iugo
delicti. Liquet: *Desideria patris vestri
vultis facere*. Cognoscitur odium in ratio-
nem, & tædium adversus legem; erga
diabolum fungentes amore, cuius sunt filij:
quippequam quâsi non sufficerent
opera, tanta in eius obsequium dilectionis
studia; ut divinent ad officium tantis patris
desideria. Prudentius in *Hamartigen.* à
v. 680.

*Fert opera ingenij, de semine compliciti bydri:
Hinc illa est Domini iusta oblungatio
Christi:
Nonne pater demon;*

Quenid
& quo-
modo ho-
mines fi-
lij diabo-
li

Ibid;

Prudè.

Ei-

12 *Filij Heli filij Belial*: dicit Scri-
ptura de Ophni & Phineis, filijs Summi
Sacerdotis. Implicat facta primo oculo-
rum arcana sententia; sed dicit perspicuè,
quosdam tenent transgressorum opera.
Quomodo enim si Heli filij, à diabolo
patre? Uade filij Belzebub, vel Saran;
qui signantur gnati Heli? Heli nome
homo? Nequit esse proles à patre dia-
bolo. Quare ergo dicuntur filij Belial; si
ab illo utpote homines veri non sunt?
Non sunt homines. Iuxta opera his ho-
minibus assignanda natura. *Nescientes
Dominum*. Ibid. Haud quia nescirent;
sed quia operabantur quâsi minimè co-
gnoscerent; sagentes in officio, vivere
sine lege, sine Deo, auctâ malitiâ, ex co-
gnitionis conscientia: equidem adinstar
diaboli peccatum altius noverant, & ni-
hilominus pravitate perficiebant. Sepe
moniti, perseverabant in malitiâ peccati.
Proprium hoc dæmonis, & sine spe con-
versionis: malum scilicet, facere, verum
numquam respicere. Munera utpote sa-
cerdotum erant magna in officium; sed
non respondebant muneribus sacerdotum.
*Nescientes officium sacerdotum ad popu-
lum*: ibid. Cum muneris esset, removere
peccata à Tabernaculo; illorum populus
urebatur exemplo: opusque patet Satan,
& ingenium Belzebub; quod in Sanctua-
rio vita prava sacerdotum, loco virtu-
tum deserviret in scandalum. *Retrahebant
homines à sacrificio Domini*: v. 17. Quic-
quid Domini, dedicabatur sibi. Hoc faceret
dæmon: Filij faciebant Heli: iurèque si-
gnantur actû filij Belial: quoniam iuxta
operationes dæmonis, erant universa illo-
rum operationes. Per has essentia, sive
natura cognoscitur; quoniam iuxta facul-
tates atque proprietates operatur: unde
cum pravitas propria dæmonum, inveni-
retur in actibus hominum; filij Heli
vel in hominum figura non homines, sed
dæmonia. Iuvenius 1. *Hisfor. Evangel.*
vers. 726.

1. Reg.
1. 12.

Si scda
lo fuer-
dote, in
figura ho-
minum
dæmonis

*Sic dolus illorum fructu monstrante pate-
scit:
Iuven. Fructibus à proprijs noscuntur talia mon-
stra.*

5. Ioan.
3. à 8.

tionem iniquitatis? Perstat habudo natu-
ralis corporis in hominis forma, ratiois
indie eleganti symmetri. Unde igitur
erit, vel conrectetur in dæmonem? Secun-
dum interiorem hominem. Quia citò non
profertur sententia filij hominum sper-
trant mala. *Culpa nostra unda sperare
debut terminum* (ut inquit Gregor. Magn.
4. *Dialogor.* cap. 10.) *inde sumit augmen-
tum*. Quia statim hominem Namen haud
punit, magis benefactorem offendit. Non
illicò expellit, sicut expulit usque in Tar-
tara dæmonium; verum relinquit in ima-
gine vacuam. Homo est in hominis appa-
rentia, hominis tantum statua: homoque
non est homo, in quo dumtaxat imago.
Est simulacrum hominis, in vita sine officio
vitalitatis. Est forma quâsi hominis in fi-
gura, seu figura sine forma: quapropter
dum in illis erimen Index Dominus corri-
pit, imaginem illorum tantum ad nihilum
redigit. Vide dicta, Tom. 1. T. 4. D. 10.

Grego-
Mag.
Non est
p. coater,
quod ex-
trinsecâ
videtur.

14 *In imagine pertransit homo*: dicit
Psalmographus. *Non in re ipsa solidè; sed
tantum in imagine & specie*: vertit Ma-
luend. Homo reipsa homo; quia lege tan-
tum imago? Species hominis haud est ho-
mo, sed species. Unde ergo solummodò
hominis umbra, si gaudet hominis formâ?
Non est forma, sed figura. Habet corpus,
habet animam. Externè videtur, internè
à ratione deficiens, criminibus mancipa-
tur, deficiens à forma rationalis, quæ for-
ma ut constitutum hominis: & cum sic
homo, hominis solummodò vocatur ima-
go; quoniam exterius specie, habet ho-
minis figuram, secundum interiorem dæ-
monis formam. Non est homo reipsa, sed
statua. Statua hominis habet non homi-
nis entitatem, sed apparentiam: habet fi-
guram, non formam; quippe minimè ca-
pax facultatis, quæ hominem constituit
ad operationes hominis. Admissio itaque
crimine, homo separatur à ratione, cor-
pore tantum manente: tuncque pravus
solum transit in imagine; etenim cum for-
mam adimat abolitione crimen; per cor-
pus habet hominis tantum imaginem, &
in specie corporis, corporis solum spe-
ciem. Portat namque per rationem, in in-
timito corde charactere bellat. Perfrute-
mur. In imagine pertransit homo. Infeli-
cissima imago! Poterat per penitentiam,
imagini vacuz reddere rationis formam;
sed tenax erroris, placide vivit servitute
dæmonis, imago vacua, hominis tantum
figura. Haud excutit servitutem, etsi pa-
tatur dirisinae servitutis conditionem.

Pal. 7.
7.
Maluend

Non ho-
mo, sed
statua,
vel imâ-
go.

E Mi-

Minimè dolet, non poeniter: & pertransit hominis tantum imago, dum crimen diligit; quia in imagine & specie sine dolore pertransit. *Conturbatur, sed frustras quoniam propter futilla, imò animæ nocumenta. Erga perditionem & sollicitus & præ sollicitudine conturbatus. Caduca dementer appetit, æterna fastidiosè despicit, atque profectura proterit. Per id quod pravus cogitationibus stulte eligitur, in æterni supplicij tenebras mergitur. Hæc enim in imagine vacua, dicitur conturbatio, sed frustra; quoniam minimè conturbationem excitavit poenitentia: etenim conturbatur (hominis abolito charactere lethali crimine) pro obsequiosa demonis servitute; cum conturbari deberet pro formæ restitutione.*

15 Filij hominum, homines saepe vocantur in Scriptura, ut latè diximus in littera exposita. Si filij hominum sunt, quare non dicuntur homines? Homo est, cuius in lege hæret cor. Homo erat in Ierusalem, & homo iste infusus. Claret in homine ratio: quippe iustus, erat homo. Homo est, qui uti rationalis utitur proprietate: non homo, homo qui deficit à ratione. Homo est, qui divinis obedit legibus: non homo qui subditur voluptatibus. Homo, qui Dei custodij præcepta: non homo, cuius abdicit nequitia; sed sicut equus & mulus, cuius non est intellectus. Homo est, qui rationis sequitur legem; non homo, qui prolubij vanitatem. Unde cum homines gravi corde, & quarant mendacia, & adorem idola, quia considerent perire, dum illa pereunt; odisse, si concupiscunt: proijci ab illecebris, cum mulcent: arduos sane, quum voluptates ardent; homines filij hominum dicuntur dumtaxat propter originem, quippe solum sunt homines iuxta exteriorem imaginem, atque corporis speciem. Ita nequam habens hominis figuram. Vanitati similis factus est: equidem signat species eius vanissimum; & per dilectam dementia, in vanum profum accepisse animam. Crucius hic accinit:

Ille ut imago levis, volucrique simillima forma, Fatigat animum, anxium laboribus. Plinius, lib. 7. cap. 2. In Africa solitudinibus (inquit) hominum species obvia subinde fiunt, momentoque evanescent. Hæc atque talia ex hominum genere ludibria sibi, nobis miracula, ingeniosa fecit natura. In pravus videntur vera, quæ Plinius credit ut miracula à natura ingeniosa; sed non

naturæ, veritatem rationis ludibria: igitur in momento temporis homo inanis evanescit; quippequam scelestus in imagine pertransit. Atriste Sapiens: Persona tristes apparentes. Tristes persona, idest, hominum larvæ. Erant species non homines, deficiente præ criminibus gratia, quæ rationalis in homine formæ forma. Ita ergo in vita dumtaxat persona larvæ; quia misere transiens pertransit in imaginis speciem.

Ibid.
Plam. 4.1.
Luc. 2. 25.
Quibus verus, & homo sicut
Crucius
Plin. Homines in Africa singulare.

Deformes animas vulgus inane ferebat. Hi qui: Demones dicuntur vel ab Ethnicis. In figura hominum non sunt homines; ceterum adinstar patris, etiam descendunt in infernum viventes.

16 Domine eduxisti ab inferno animam meam: gratias agens, lachryis præ gaudio, dicit David. Quando eius in infernum descendit anima, ut de barathro designetur educta? Quo igitur tempore Orcum perpeffus David? Quando lubricè prolapsus deprerit Bethsabe. Tunc delapsus in culpam, sed non in inferni flammam. Levis sanè cogitatio: quouique educus à culpa, fuit in inferno. Si crimine filius diaboli factus, suscepit Orcus: & priusquam ab inferno susceperetur, in infernum suscipitur; quippe adinstar demoniorum, totum inferni pondus ferebat secum. Fuscè articulum tractavimus, Tom. 4. T. 6. D. 4. Sursùm & deorsùm est infernus, quandiu crimine sit diabolus. In mundo ascendit in hominem: homo post descendit in ignem: igitur quæ patitur deorsùm; uti demon, ubique patitur fuscum. Innuitur, ni fallor, in verbis, quæ de Iuda dixit N. Assertor. Unus vestrum diabolus est. Est? Erit. Est, quippe eius perverfum cor involutum in peccata profundissima nequitia. Erit, quod est: est, quod erit: liquet. Diabolus ubicumque dolores inferni patitur: & quando proditor vivit, diabolus à Christo dicitur; quia degens etiam in mundo, cruciabatur in inferno.

17 Est ne effugium? Utrique, mutatione voluntatis, in spectabilem restitutionem rationis: equidem demonis in homine expungitur inferni sigillum, modò amor peccati convertatur in odium. Tentatio vos non apprehendat, nisi humana: alloquitur Paulus Corinthios. Unde & quomodò in hominibus nisi humana? Diabolica. Humanum quidem est, tentationem in corde perpeti: demoniacum verò in tentationis certamine, atque in operatione superari: inquit Gregor. Magn. 1. Passar. cap. 11. Seu potius perseverare. Calie ut

homo

Sapient 17.4.
Ovid. 2. Fag.
Psal. 39 4.
Peccator est in mundo & in inferno.
Ecclesi. 5. 8.
Iohann. d.
1. Cor. 10. 13.
Greg. Mag.

homo, qui ut fragilis cadit, sed dolore fe ad demissa convertit, & ex corde respicit. Cadit ut diaboli filius, si perillit, atque defendit impudenter scelus; quasi quippe à se vel semel factum, esset licitum. Ita demon in peccato perillit, quia semel athenit: Paulusque monet, si in tentatione aliquando peccatum, non fieri demonum; quoniam perillitentià in culpa, homines fragiles convertuntur in demonia: igitur hominis obscurata & obsecrata ratione, fragilitate constante, abest constitutiva conditio, ubi immutabilis factus in peccati atque criminis proposito. O detestanda lœtitia (ait Bernardus serm. de Sept. vicul. Egypt. n. 9.) & in sompiterni doloris tristitiam demutanda! Hic peccator demersus est & absorptus: claudit super eum puteus os suum. Constat, in profundum peccatorum venisse, quia contemnit poenitere: in demonemque convertitur, quia mutabilis conditione non mutatur.

18 Ex hac voluntaria conditione & cordis perversitate, qui demonis suspicte per nequitiam filiationem; valet convertus exedere servitutum. Declinantes in malum & inutiles factos, Deus parcendo nobis in hoc tempore, quia pius est & expectat nos converti in melius: inquit N. Patriarcha, Regul. Sanct. cap. 7. Diabolus factus homo, quia in deterius mutatio. Vita & mors in manibus eius sunt. Potest corrugere, sed potest surgere: in formamque propriam hominis ipse restituetur homo; modò in melius sit conversio. Pridem per peccatum ipse alius, verum per poenitentiam alter ipse. Dicebat Cyprianus poenitens, sese in peccatis relinquens, apud Prudentium in Peristeph. vers. 3703.

Fio Cyprianus alter. Et novus ex veteri, nec iam reus & nocens, ut antè: Corpora candor habes.

DIDASCALIA IV.
Quanta anima trepidatio, qualis exitus in exitu!

MULTA in Littere Expositione, diximus de conditione humane fragilitatis: modo aliquid delibandum de cogitatione conditionis: plerique sanè exipitant in huiusmodi ite-

nere; quia nullus est, qui cogitex corde. Diximus loc. cit. n. 7. illud ex Berardo:

Unde superbis homo, cuius conceptio culpa, Nasci poena, labor vita, necesse mori?

Miseræ profectò fors, cuius poena nasci, labor vivere, necessitas mori, & tota in huiusmodi articulis poena, orit ex suppositione ab indeclinabili culpa. Hæc calamitas? & summa: verum præmittitur maxima. Non est, quod natura conditione fragile, vita per labores corruptibilis, cum necessitate mortis, sed quia in morte nescitur quando, & eius etiam ignoratur conditio. Non est nostrum, momenta nosse, quæ pater posuit in sua potestate. Unde licet gravis ad mortem nescientia temporis; angit vehementius in morte conditio mortis. Sunt enim præstata tormenta sine tormento, sit ingella mentibus huiusmodi cogitatio. Quid erit? Quid non erit? Quid poterit fieri? Quid fieri non poterit? Exitus acta probabunt. Expectavimus ad exitum: Angor vel in vite possessione. Heu! quantus in vite sine! Quo cadet arbor, iacebit. Quid marcescens, postici securi tremefacte istu continuo rodit; corruens etiam ipso tempore, quo floruit? Quænam acta in fructus? Quænam fructus in exitu; ubi sine operibus totum opus? Angustia undique, & crudelioris mortis acervitate: etenim graves, quos dulces & summe suaves, præteritæ amaritudines. Quanta in cogitationem diritas! O momentum, à quo æternitas! Irrequieta semper cogitatio non stat in eodem vestigio. Ad occupatos (inquit vel Ethnicus, de Brevit. vita, cap. 10. præsens pertinet tempus: quod tam breve est, ut arrippi non possit, & idipsum districus in multa subducitur. Anima utique turbata valde. Cæterum hæc usquequo? Erit ne nonnumquam sic? Cogita, unde venis, & erubescet. Quo itas, & ingemisce. Quo vadis, & expavesce. Quo iturus, & contremisce. Hinc veniunt sagittæ, quibus in bonum ex malo vulnera cordi. Homo natus de muliere: dicit nostra Tautologia. Patet ad cuncta præstata calamitatum origo; quibus cognoscitur, estò invitè, quid sit homo.

2 Alexandro Magno Iustranti interiori Indiam, obtulerunt in donum prætiofissimam, imò singularissimam gemmam. Singularissima sanè & levitate & pondere: pondere quippe nihil, gravissimum quamvis, eius in lance æquabat momenta ponderis, Levitate, quoniam con-

tra Tom. VII. Tant.

Berard.
Quam miserabili homo & unde?
Et quod ignoratur Tempus, & mortis conditio summe affligitur homo
Maximè & quare in mortis articulis
Seneca
Iob. 14 1.
Gemma Alexandri mullis conditionibus